



verbleiben gleicher weis und in aller der massen, als ob wir selber solche myssenthaetter und vbelthetigen Leute suchten, fingen, schlugen, oder anders mit ihn tetten, wie Wir das zu Radt werden, addita Mulcta quinquaginta Librarum Auri puri contra venientibus imponenda. Insigne sane et commemorabile testimonium fiduciae Imperialis, quam Augustus in *Lubecensium* virtutem et iustitiae promouendae amorem, posuit. Eandem in persecuendis et puniendis piratis et praedonibus ab eodem Imperatore Carolo IV. Pragae 1359. potestatem, sed ad territorium limitatam, per Priuilegium a Friderico III. a. 1468. et Ferdinando II. a. 1628. confirmatam, per Ioannem Ecclesiae Cathedralis Decanum impetrauit * celeberrimum Germaniae Emporium *Hamburgum*, extensam ad piratas in verbis: *Womit wir denn euch zugleich die freye Macht ertheilen, solche See- und StrassenReuber in eurem Territorio aufzusuchen, zu fangen und samt ihren Helffers- Helffern mit gebührender Straffe, den heiligen Gesetzen gemaeß, zubelegen, quod crebris suppliciis comprobarunt.* Simile fere sed antiquius longe Priuilegium ** sibi ab *Henrico* nempe V. Imp. concessum a *Wilhelmo* et *Wenceslao* R. R. que *Carolo* V. Imp. confirmatum adducit nobilissima Vrbs *Bremensis* itidem
Han-

* Diploma hoc extat *im Versuch einer zuverlaessigen Nachricht von dem Zustande der Stadt Hamburg* p. 269. *Ferdinandi* II. Confirmatio extat in *Rechtmaessiger Defension der Stadt Hamburg*, *ibid.* 1630. 4. edita p. 115. seq.

** quod saepius editum in scri-

ptis *Eristicis* *Archi* *Episcopi* *Bremensis* et *Ciuitatis*, e. g. *Affer-tions Libertatis Reip. Bremensis a 1646. 4.* typis impressa p. 357. cum praecuo *Commentario* pro *Ciuitate* scripto. In *Articulis Bremensium Defensionalibus et Elisi-uis in pro Iurisdictionis Visurgi-car*, pag. 151.